siquin cuplum · sesquiquintos · Ac deinceps · singuli denominatione multiplices · tot sup particulares pcedunt · quoto loco ipsi ab unitate decesserint · Una uero tantu quadrupli dispositione ponem · ut in ea sicut in ceteris · lector diligens acum mentis exerceat ·

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| I | IIII | XVI | LXIIII | CCLVI |
| | V | XX | LXXX | CCCXX |
| | | XXV | C | CCCC |
| | | | CXXV | D |
| | | | | DCXXV |

Haec igit speculatio ad hanc utilitate uidetur inuenta · ut quotiens cumq: quattuor uel quinque ut quotlib& sesqualteros · uel sesquitertios · ut sesquioctauos · uel quotlib& alias pportiones quis inuestigare uoluerit · nullo errore labatur · ut que non ei numero primo tales pportiones quaerat aptare · qui quanti sunt ppositi tot pcedere · & post se habere non possit Sed disponat potius multiplices · uideatq: quantos supparticulares requirit · eumq: multiplice respiciat · qui eo loco ab unitate recesserit · ut in superioribus discriptionibus · si tres sesqualteros fortasse quaesierit · non a quaternario ingrediat inuestigatione · hic enim qm secundus e duplus · duos tantu praecedit · tertiumq: ei aptare non poterit · sed ut ab octonario · medietates tempt& apponere; hic enim qm tertius e · tres quas quaerit sesqualteras pportiones effici&: & in ceteris eodem modo · Est enim alia augendi pportiones uia hoc modo ·

Radices pportionum dicuntur · in eisdem comparationib; · minime pportiones; Disponatur enim numerus naturalis · unitate multatus · II · III · IIII · V · VI · VII; minime igit pportiones sunt · ut in sesqualtera · III ad II; In sesquitertia · IIII ad III; In sesquiquarta · V ad IIII; Et deinceps in infinitum · & quaecumq: pportiones unitate sepcesserint ·

Propositu igitur sit · duas sesqualteras pportiones · continua comparatione producere · Sumo radicem sesqualtera · eamq: dispono · duo & III · multiplico igitur binarium p binariu · fiunt IIII · Item ternarius p binarium crescat · er sex · Rursus ternarium in sem & ipsu ducemus · fiunt VIIII · qui disponantur hoc modo · II · III · IIII · VI · VIIII · Inueniem igitur duas ppositas sesqualteras pportiones · VI ad IIII · & VIIII ad VI · Sit nunc ppositu · tres inuenire; Dispono eosdem numeros · quos supra in exquirendis duab; sesqualteris habitudinibus pposuera · ipsasq: sesqualteras pportiones · Multiplico binario quaternarium · fiunt VIII; Rursus senarium binario · fiunt XII · Rursus nouenariu binario · fiunt XVIII · Rursus nouenario ternarium · fiunt XXVII; Disponant igitur hoc modo; II · III · IIII · VI · VIIII · VIII · XII · XVIII · XXVII; Atq: hic modus erit in ceteris; Ut si sesquitertias ppostiones uelis extendere · ponas sesquitertiorum radices · quae sunt quaternarius atq: ternarius ad se inuice coparati ·

| | | |
|---|---|---|
| II | III | |
| IIII | VI | VIIII |

| | | |
|---|---|---|
| II | III | |
| IIII | VI | VIIII |
| VIIII | XII | XVIII |

II · III · IIII · VIIII · XII · [illegible]

II · III · VIIII · [illegible] XXVI XLVIII LXIIII